

Humentes cum Minyæ hinc soluerent: tunc meminit Euphemus se inieccisse glebam. Hic. Tunc. Recordatus Euphemus somni plurimum perplexi Mercurium deum ingeniorum colit: ut id auferat uel reueler. Vlnis. Somnum Euphemii glebam incunis ut puellam formofam: que Calliparia sit: hoc est pulchras mammas habebat: quarum altera et ipsa lac suggerere uidebatur. Mamma pueraris. Videbatur Euphemus soluere membra pulchram puellam amplexus in lecto. Puellaris mamma uirginea et compressa dicta: qualis è in uirgine: que ne crescat indecenter: Strophio hoc est fasciola pectorali solet adstringi: de qua sic Epigrammarius.

Calliparia  
Strophiu.

Faeca crescentis dominæ compescit papillas:

Vt sit quod capiat nostra tegatas manus.

Dulci murmure. Quale in coitu esse solet: de quo Naso. Me uoces audiire iuuat sua gaudia fassas. Alibi. Et que præterea publica uerba iuuat. Cestri. Mouetur murmurans et ululans: ut ait Apollonius. Λαογύρης τε καὶ τε κολεψί ζευζόμενος ululabat ut uirginem iungens.

Lacte suo. Proprio. eam proprio lacte nutrita uidebatur Euphemus. Apollonius. τὸν δύτης ἐδόκτη ταλλε γέλαστι. Natorū tuorum. Polsteros tuos nutriam. Sed me. Sed me inter Nerei uirgines accepero Anaphen depone. Nullo pede. Ego die crastini sine tuis pedibas ferar: ad splendores solis parata. Vi detur significare Rhodius glebam illam admonere principem Euphemum ut eam deponat in mare: quo facto recuperatis pedibus proibit in lucem ac enascetur: quod est ire: operi ac hyperbolicos: ad solem ut fecit. Illud sine pedibus uel nullo pede de Nerei d'eo r' inquit Rhodius.

Lux olympi. Dici sequentis periphrasis: quoniam ille aliud à lux cœli.

In terram. Insulam. Hospita. Hospitalia. Hoc donū una et abso luta dictione σενί τοι uocat a Rhodio. Terra hospita dici a Papinio: a Marone quora hospita. Presenti. Vel auxiliari uel qd se minyis ostendit et allocutus ē. Fulsit. apparuit.

Aesonide iudicium. Credit Eu phemus quod audierat ab Iafone diuinus esse prolati: proinde Tritonis glebam: cui in Libya manus iniecerat: misit in mare. Vaticano. Fatiloquo: uaticinia canente.

Paruam. Glebam illam: cui lo querit i Libya Tritone manus inter Lemnos Sintias.

Humentes quando hinc Minyæ soluere rudentes.

Tum memor Euphemus nocturni sâpe soporis

A Maia geniti ueneratur numina diui:

Et memori attonitus uaga somnia corde uolutat.

Nanq uidebatur glebae cendentibus ulnis

Coniungi: et ueluti materno lacte foueri.

Mamma pueraris uisa est: in uirgine qualis

Esse solet tenera: modesto sed captus amore

Euphemus dulci uerborum murmur gestit:

Non secus ac dominam complexibus ambiat arctis.

Quam tamen Euphemus grata uice lacte fouebat

Ipse suo. Dein uirgo loqui sic uisa repente.

Tritonis genus: et natorum grata tuorum

Sum nutrix: non quam fortissime rere pueram.

Sed me iuxta Anaphen Nerei pia numina Nymphas

Deponas pelagi: nullo pede postera ducet

Ad Phœbi radios me lux sublimis olympi.

Aesonides docto Phœbi responsa uoluntans

Pectore: sollicitos dicitis affatur amicos.

O soci præclara quidem: nec parua paratur

Gloria. Di superi iactatam in cœrulea glebam

In terram uerrent: quæ fertilis insula fiet.

Hanc iuuenies: nostriq colet per secula nepotes.

Occurrentis nobis Triton dedit hospita dona

In libya: et nobis præsenti numine fulsit.

Sic ait. At uanum Aeofindæ non cogitat heros

Iudicium Euphemus. Quin dicit latus: et ore

Vaticino: paruam demersit in aquora terram.

Emitat illa repens: surgitq leuata profundo.

At primi Lemni Sintiados ante coloni

Illinc expulsi tyrrhenum fortibus armis

Tum Sparten coluere ipsam: quam linquere adactos

erat. Emicat. Repete enat. Repens. Repetina. nomen pro aduerbio. Lemni Sintiados. Lemnos ab Homero Sintias appellat. Lemnios Sinties primum dictos auctore Srabone Stephanus utiq testatur: et Apollonius. σιντιάδα ληνον appellat. Ante Sintiados. Quæ ante Sintias dicebatur. Significat Rhodius Lemnios prius Callifeni incoluisse: mox a Tyrrhenis eiectos habitasse spartam: uen de eiecti Theras incoluerunt: quæ et Calliste dicitur sunt. Adactos. Coactus uertere solum.